

THESES PROOIMIASTIKAI;

DE NATVRA,  
CAVSIS, PARTI-  
TIONE ET METHODO  
MEDICINAE, QVAS, à se  
conscriptas  
AVSPICE DEO OPT. MAX:

Prefide

VIR O C L A R I S S I  
MO D. A N T O N I O V A R O  
Artis Medica Doctore & Professore Pub: in cele-  
bri Academia IENENSI, preceptore suo calendo, pro  
ingenij tenuitate defendere conabitur in colle-  
gio privato Asclepiadarum.

IOHANNES BIERDUMPHELIVS  
Hilperhusanus Francus

Ad 7. Calend. Mart.

Horis consuetis

ANNI currentis à nativitate Christi  
cl. Io. XCI.



IENAE Typis Tobiae Steinmanni.

VIRIS

R E U E R E N D I S A C I N-  
S I G N I P I E T A T E D O C T R I N A  
& integritate clarissimis.

D. M. IOHANNI DINKE LIO  
Ecclœ. Christi apud Coburgenses Pastori & Superinten-  
dentis provinciali, &c.

&c.

D. M. STEPHANO MORLINO  
Pastori apud Hilperhusanos, &c.

Patronis. Ex Fautoribus suis fidissimis summo  
studio debitæq; observantia  
colendis.

Hasce de Medicina Theses

euχαρισίασ. σύμβολον  
εὐνόias μητρόσων.

Dedicatae consecratæ.

Johannes Bierdumphelius Philologo.

AD  
BIBL. UNIV.  
MONAC.

Theses I.



Rs illa quæ circa morbum & sanitatem ver-  
fatur, ut multis sit & gravibus obducta dif-  
ficultatibus: cum summa tamen simul ne-  
cessitate, utilitate & voluptate coniuncta,  
Deiq; erga nos amoris, bonitatis & singu-  
laris sapientiæ testimonium est, ac id circò  
digna maximopere, in qua tum discenda, tum docenda  
diligens accuratumq; adhibeatur studium.

2. Huius fortè perspecta natura alicui satis videri po-  
terat, cognito eius obiecto, cum ex obiecto ut actus; sic  
& qui indé fiunt habitus atq; artes suam omnem naturam  
perant.

3. Planior tamen & notior multò res tota fiet, si ex-  
plicata primum vi nominis, deinde quæstiones eas expen-  
damus quæ possunt de quaq; re proponi, an sit, quid sit,  
qualis sit, quamobrem sit.

4. Ex antiquis Græci artem hanc *lærgiūnū* dixerunt;  
quo verbo facultas significatur, qua quis instructus me-  
deri potest.

5. Medicinam Latini interpretati sunt, apud quos ta-  
men non modo pro arte ipsa, sed etiam pro remedio sive  
pharmaco, quo medicus utitur, frequenter ponи videas.

6. Ab utroq; arte & remedio, dicitur *lærgōs* Medicus,  
morbi profligandi peritus.

7. Ac licet qui præsentem tuetur sanitatem, non *læ-  
rgōs*, sed *ὑγειεὺς*, & ars ipsa *ὑγειὴν* dicatur propriè; hæc  
ipsa tamen sub medico & medicina acceptione latiore  
comprehenduntur.

8. Neq; vero inania hæc sunt & vana nomina, ut qui-  
dam olim falso ætate Hippocratis suspicabantur, cum re-  
bus at-

būs attribuantur, quarum ut 'sua' in natura *υπάρχει* atq;  
*ετία*; ita & cognitio atq; scientia.

9. Ac protectio de Medicina *cōx*, signa & notæ de sua  
causa restantur, operationes & effecta medica, sanitas ni-  
mirum, permultis sublato morbo restituta, quandoq;  
quidem sine medico, sed non sine medicina. Hipp : *τέρ*  
*τεχνη*:

10. Quod ipsum temere casui aut fortunæ ascribunt  
nonnulli, cum fortuna & casus sint nihil. Ibidem.

11. Medicina necessitate ac desiderio vivendi inven-  
ta fuit, & sui infantia vel origine prima rudis, incerta &  
veluti trunca ac imperfecta, postea vero crescentibus ho-  
minum studijs ita crevit, aucta, exulta & illustrata fuit a  
præstantissimis ingenij, ut ad fastigium & perfectionem,  
præsertim hac nostra ætate vix desiderari quicquam posse  
videatur.

12. Ad inveniendum aut constituendum, ut alias ar-  
tes, sic medicinam accesserunt, potissimum illi dupli-  
cixi instrumento, sensu scilicet aut experientia, & *τὰ λόγῳ*  
ratione atq; iudicio;

13. Quæ utraq; in arte exercenda tam necessaria  
sunt, ut feliciter & confidenter Medicus, quod sui mu-  
neris est, exequi non possit, quin experto ferè nos ma-  
lumus quam scienti committere. 1. Metaphys. c. 1.

14. Galenus etsi primus invenisse aut scripsisse Medicinæ  
dici non possit, cum ante eum alij multi nempe Apollo,  
Aesculapius, Podalirius Machaon &c. Medicinam tracta-  
rint, ac in primis Hipp : à Galeno ipso, Medicinæ parens;  
omniumq; rerum bonarum semina nobis reliquise per-  
hibeat, quia tamen Galenus omnia, quæ ad artem spe-  
stant, primus Methodo concr̄p̄s̄it, & ea quæ in frusta  
magis quam membra divisa fuerunt, collegit, in unum

corpus

corpus contraxit, & ursarum modo, multo labore & vi-  
gilijs lambendo pulcherrimam effecit, multa item primus  
ipse invenit, ideo iure optimo inventor & perfector Me-  
dicinæ dici & haberi potest, Medicinæ inquam perfectæ  
atque in formam artis redactæ, quo nomine & gratias ipsi  
merito debet schola medica.

15. Medicina Hippocrati Ars constituitur, quod  
inscriptio doctri libri *τερ* *τεχνη*.

16. Hippocrati suffragatur Galenus in oratio-  
ne adhortato: ad bonas artes, & recte quidem, quan-  
doquidem ea propria artis cognitio sit, quæ tendit ad  
opus externum & theorematæ continent intra se, sed in  
illis non acquiescit, sed tandem pergit aliò, ad opus sci-  
licet.

17. Et huiusmodi quidem esse Medicinam palam  
est, cum omnia problemata, propositiones, theorematæ  
ad effectiōem atq; opus referantur, nimirum ad mo-  
rum propulsandum & conservandam valetudinem.

18. Adde quod in operatione Medica & admi-  
nistratiōe pharmacorum causæ certe notari & animad-  
verti possint, cui alij melius, alij deterius opera medica  
præstant, in quo potissimum ars consistit. 1. Rhetic. c.  
1. Aristoteles.

19. Non desunt docti quidam viri, quibus in  
scientiarum numero eam reponere allubescit, quorum  
argumenta in trutinam posita haud magni ponderis sunt,  
impropriè *καταχρησμῶς* scientiam dici, admitti potest.

20. Iam si artem Medicinam esse probatum sit:  
quid de vulgata illa & in Theoreticam & Practicam di-  
visione censendum, haud obscurè intelligitur.

21. Theoreticus habitus ille dicitur, qui in sola cog-  
nitione versatur,

A 3

22. Pra:

22. Practicus cui præter cognitionem aliud propo-  
sitem est ultimum: quod quia duplex esse potest, vel actio  
*έμπειρος*, ut electio; vel *μεταβάσεως* ad externam mate-  
riam transiens & producens aliquod opus, ideo practicus  
subdividitur in activum, qui practicus propriè dicitur, &  
*πονητικὸν* effectivum.

23. Quia ergò non sicut se tantum in contemplatio-  
ne Medicina, sed refertur ad opus, ideo theoretica non est.

24. Quod ipsum etiam comprobat Aristoteles 6.  
metaph.t. i. ubi tres tantum scientias theoreticas com-  
memorat; physicam, Metaphysicam & Mathematicam, nulla  
facta mentione Medicinæ.

25. Nec aliter sentiunt pleriq; Medicorum erudi-  
tissimi.

26. Sciscitantur hæc; cum ars sit Medicina, quæ de-  
finitur *έξι μεταλόγου ποιητική*, qua ratione *τοχασμη*, Galeno  
dicatur?

27. Ad quod responsio danda hæc videtur, artes  
duobus perfici: primum præceptis; deinde usu seu appli-  
catione præceptorum ad obiecta. Præcepta quod attinet:  
universalia illa sunt, & secundum se spectata, absolute ni-  
mirum & separata: à singularibus, certa & vera sunt, quæ  
tamen sàpè fallunt & incerta redduntur in actione & ap-  
plicatione ad sudieatum, quod corruptioni & transmuta-  
tioni obnoxium est ac varie contrarijs agitatur. Artifex  
ergo Medicus dicitur: quo ad præcepta, Coniecturalis:  
quo ad usum.

28. Cum Medicina sit ars, subiectum itemq; finem,  
opus & actionem habeat, necesse est i. Ethic.c.1.6. Eth.c.4.

29. Quod si tam latè patere sinamus Medicinam,  
quam latè voluerunt eius artifices summi, obiectū  
ipsius ad æquatū, quod nec latius, nec angustius patet ipsa  
scien-tia,

tia, sed ip̄i omnino est æquale, quo spectat, quicquid in  
scientia traditur, & merito cuius ab alijs distinguitur, ob-  
iectum inquam erit corpus animatum, quā sanitatis &  
morbi particeps. Licet potissimum solicita sit de præstan-  
tiori & nobiliōrī subiecti parte.

30. Physicus quidem sanitatis & morbi causas et-  
iam speculatur, sed *αἰχατοργίας*: Medicus verò ad par-  
ticulares descendit, & corporibus illa accommodat, inde  
exordiens ubi quievit, physicus, iuxta vulgatum illud;  
ubi definit Physicus, ibi incipit Medicus.

31. Neq; tamen propriè Medicina, quod vulgo cre-  
ditur, physicæ subalternatur.

32. Porro ad finem quod attinet, duplex ille distin-  
guendus est: Alter *externus*, quem nisi non obtineat, hu-  
ius tamen perfectioni nihil detrahitur, tradere nimirum,  
ut innuit Aristoteles Top. I. c. 2. rationem medendi &  
cognitionem medicamentorum, & agere omnia quæ per-  
tinent ad conservandam restaurandamq; sanitatem. Alter  
finis externus est sanitas putâ corporis adepta.

33. Cum enim omnis ars & doctrina appetat al-  
iquid bonum tanquam finem, nisi frustra sit ille appetitus,  
illum assequatur Medicina necesse est.

34. Quia verò finem alium consequi non potest,  
nisi tradere præcepta & media ad sanitatem, certè negari  
non potest, hunc esse finem ipsius internum.

35. Quod si obijciat quis finem & *έργον* esse diver-  
sa, officiumq; Medici esse agere & operari, quæ pertinent  
ad conquirendam sanitatem, Ideoq; non posse esse finem.  
Sciendum est, posse idem esse officium & finem internum,  
quem ars semper assequitur, ut videre est in theoreticis  
scientijs, quatuor officium & finis est cognitio, atq; in pra-  
cticis, quarum finis & officium est componere mores &  
actiones

aetiones hominum &c, & hinc Aristoteles i. Ethic. c. 1.  
sit, permultas esse artes, quarum finis sit sola operatio,  
quam sanè officium etiam constat, ut sic unum idemque  
esse possit finis internus & officium.

36. Finem autem externum, licet medicus non af-  
sequatur, suam tamen dignitatem retinet & dici meretur  
bonus medicus.

37. His ita constitutis videndum, quot modis &  
qua ratione definiatur Medicina.

38. Variè autores definiverunt, primum à subie-  
cto, ut Hipp : de veteri Medicina, cum inquit : Medicina  
est ars ægrotantium corporum.

39. A fine : Medicina est scientia conservatrix sa-  
nitatis & expultrix morbi.

40. Ab opere solo Hipp. lib. de flatibus : Medicina  
est πρόσθετις καὶ ἀφίεσσι, eorum scilicet, quæ deficiunt &  
abundant.

41. A fine & obiecto simul, cuiusmodi illa περὶ τεχ-  
νῶν : Medicina est, quæ ægrotos à morbis vindicat &  
dolorum vehementiam obtundit.

42. A subiecto fine & opere, qualis est illa Platoni-  
nis : Medicina est scientia hominis, ut sanitate participet.

43. Galenus in arte parva c. 2. lib. 1. talem definitio-  
nem proponit : Medicina est sanabilium scientia, ægro-  
bilium & neutrorum.

44. Inter has probatur medicorum doctissimis, quæ  
à subiecto & fine simul sumuntur, veluti est ante allata Hippo-  
cratis & Galeni in arte par.

45. Sed dubitatur, quomodo affirmetur Medicina  
neutrorum, cum inter sanum & ægrum non detur Medi-  
cum, Aristoteles in post categ:

46. Si sanitas exquisitè sumatur, ut in puneto, à qua  
integer.

Integerrimè & perfectissime actiones profiscuntur, ne-  
trum non datur, quod si pro habitu quidem non exquisitè  
sano, sed à quo saltem evidenter & ad sensum actiones læ-  
se non sunt, neutralitas invenitur.

47. Porrò Medicinæ partes præcipue quinq; nume-  
rantur : Φυσιολογικὴ, παθολογικὴ, σημειωτικὴ, θε-  
ραπευτικὴ.

48. Φυσιολογικὴ est ea Medicinæ pars, quæ in corpo-  
ris affecti natura cognoscenda occupatur, cuius partes o-  
mnes, ut elementa, humores, similares, dissimilares, ea-  
rumq; facultates, usus & actiones considerat.

49. παθολογικὴ, quæ & αιτιολογικὴ dicitur altera pars Me-  
dicinæ est, quæ affectus ipsos præter naturam, genera &  
differentias morborum, caussas & symptomata investigat.

50. Σημειωτικὴ est scientia signorum, quæ per signa de-  
monstrativa & παθοχαριῶνa affectus præsentes digno-  
scit, præteritos per μνημονικὰ recordatur, futurosque  
eventus per πρόγνωσιν prædictit.

51. θεραπευτικὴ est quæ à morbis præservat, sanitatem con-  
servat per similia & curatione per contraria.

52. Θεραπευτικὴ tandem instrumenta, quibus ars ipsa  
utitur perquirit, cuius tres rursum sunt partes : διαιτητικὴ  
quæ viçtum ægris præscribit : Φαρμακευτικὴ, quæ morbos  
medicamentis curare docet : χειρουργικὴ quæ manus opera  
morbos depellit.

53. Ut demum intelligamus quæ methodus in meden-  
di arte tradenda servetur, sciendū est, de methodo, oīcū quæ  
ritur, vel de via & ratione doctrinæ, hoc est, intima & pro-  
pria ratione sciendi, quæri, vel de externa docendi via,  
quæ non tam ratio quam ordo doctrinæ ab Averroë re-  
cte dici solet, estq; nihil aliud quam ordo & via, quæ  
ostendit, quid prius in Medicina, quid posterius, quid an-  
tecedat.

cedat, quid subsequatur, ante definiendum sit, aut demonstrandum, & quid deinceps.

54. Ad doctrinæ rationem quod attinet τῶν ἴατρῶν οἱ Φιλοσοφούμενοι τὴν τέχνην μετίουσι dupli ratione seu tractandi modo usi sunt, vel à causa ad effectum, vel ab effectu ad causam, cuius posterioris tantum maxime usus est in Medicina, quæ resolvendo effectum notum, putamorbum aut sanitatem, eorum causas investigat, ut ita ab existentia effectus existentiam causæ & τὸ διοτι ostendat.

55. Ad ordinem, quo breviter, citò, facile & absque errore Medicina doceri debet, cum alijs duplex: σωθετικὸς καὶ ἀνάλυτικὸς; alijs triplex & vel σωθετικὸς, ἀνάλυτικὸς καὶ σύντικὸς, quæ divisio minus arridet, vel σωθετικὸς, ἀνάλυτικὸς καὶ διαιρετικὸς constituatur, ex his Medicinæ accommodatus in primis est ἀνάλυτικὸς.

56. Differunt autem ἀνάλυσις καὶ μέθοδος ἀνάλυτικῆς.

57. Ἀνάλυσις est ex præcognitione finis, inquisitio mediorum ad finem.

58. μέθοδος ἀνάλυτικῆς congrua dispositio mediumrum eo ordine, quo in executione unum alteri præponitur.

59. Exemplum huius Methodi se reliquisse nobis Galenus testatur, initio lib. de const. artis.

60. Olim deniq; Ars Medica divisa fuit in disciplinas tres, teste Gal. c. vlt. lib. de opt. secta: In dogmaticam Empiricam & Methodicam.

61. Dogmatica ea dicebatur, quæ ratione atq; usu instruta medicinam exercebat.

62. Empirica ea, quæ usu & experimentis duntaxat nitcebatur.

63. Methodica fuit, quæ & ipsa experientia & solis evidentibus confidebat. Quamvis ea quæ obscura sunt comprehendendi posse non negabat; existimabat tamen quæ in aperto sunt, per se sufficere.

προβλήματα.


I.

Vtrum MEDICINA Iurisprudentia sit præstantior,

II.

Vtrum in Medicina locum habeat fortuna..

δόξα τῷ Θεῷ ἀρχιάτρῳ  
τειμηγίσῳ.



63. Me-